DE

# ADMINISTRATIONE AEGYPTI MACEDONICA

## CAPITA DUO

AD MUNUS PROFESSORIS PUBLICI ORDINARII FACULTATIS PHILOSOPHICAE IN UNIVERSITATE LITTERARUM FRIDERICA GUILELMA RITE CAPESSENDUM

EDIDIT

IOANNES FRANZIUS.




BEROLINI
TYPIS ACADEMICIS.
MDCCCXLVI.

In nomo magistratus primarius praefectus fuit olim νομάρχης dictus (Herodot. II, 177. Diodor. I, 54. 73.). Vocabulo non prorsus abolito Ptolemaei strategum substituerunt ac magistratui militari res simul civiles administrandas tradiderunt; qua potestate praediti στρατηγοὶ noti sunt ex civitatibus Graecis (vide Elem. epigr. Gr. p. 323.). Unde fit, ut plerumque στρατηγὸς νομοῦ is sit, qui accuratius dicatur στρατηγὸς καὶ νομάρχης, quae formula comparet in pap. Taur. I. Summa igitur rerum in quoque nomo penes strategum fuit. Quod si ita est, etiam strategum provinciae, ut στρατηγὸν τῆς Θηβαΐδος, magistratum militarem simulque civilem superiorem illum strategis nomorum singulorum fuisse probabile est. Iam constat in Thebaidem epistrategum (ἐπιστράτηγον) missum esse quasi supremum magistratum militarem. Neque enim audiendi ii sunt, qui epistrategum magistratum civilem fuisse arbitrantur. Nomen eius si comparaveris cum ἐπιδημιουργοῖς Corinthiorum (vide Corp. inscr. Gr. Vol. I. n. 4.) probabile reddit magistratum hunc ab initio cum imperio extraordinario fuisse. Videndum igitur quae ratio fuerit strategi et epistrategi Thebaidis. Epistrategum Thebaidis eundem etiam strategum dictum fuisse nonnulli existimabant, in his Letronnius (Recherch. pour servir à l'histoire de l'Égypte, p. 279.). At parum addicit pap. Taur. V. VI. VII. ubi Phommutis ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος audit: ut manifesto diversa munera fuerint. Aliquanto melius A. Peyronus, cui strategus Thebaidis universae provinciae administrationi praefuisse vicariamque operam epistratego in universa epistrategia praestitisse videtur. Dixeris potius strategum Thebaidis universae provinciae administrationi praefuisse, deinde additum esse epistrategum copiis potissimum praefectum; quod epistrategi imperium progressu temporum cum strategia coniunctum ac postremo solum relictum sit, abolita strategia provinciae. Unde Romanorum aetate epistrategorum crebra mentio, strategorum nulla. Strategus autem simul fungi munere epistrategi poterat eo magis, quod non solum civilibus is rebus administrandis sed etiam militaribus praefuit. Itaque rex in gratiam sacerdotum Philarum non ad epistrategum sed ad strategum Thebaidis epistolam dedit (Corp. inscr. Gr. Vol. III. n. 4896.). Hermias centurio Demetrio epistratego Thebaidis libellum obtulit contra Colchytas (pap. Taur. I. p. 1. vs. 17.), quod etsi citra ordinem factum videtur ab accusatore, tamen indicio est penes epistrategum summam rerum militarium auctoritatem fuisse. Rursus Amenophis pastophori (pap. Taur. V. VI. VII.) ab epistratego et stratego Thebaidis petunt, ut iniuriam sibi a magistratu quodam illatam ulciscatur, non quod epistrategus fuerit, sed quia simul strategus, penes quem summa rerum administratio fuit. Etiam in programmate de fugitivis servis per provincias exposito (pap. Par. III. ap. Letronn. Fragm. inéd. d'anc. poëtes Gr. cet. Paris. 1838. p. 14.), ubi praecipitur: μηνύειν δὲ τὸν βουλόμενον τοῖς παρὰ τοῦ στρατηγοῦ (i. e. ministris strategi), strategus epistrategiae intelligendus videtur, non strategus nomi.

1*

Innotuit adhuc una epistrategia Thebaidis ex aetate Ptolemaeorum, qua constat Aegyptum in superiorem et inferiorem divisam fuisse. Sed tituli ex aetate Romanorum superstites docuerunt etiam Heptanomidis et Aegypti inferioris epistrategias obtiouisse. Quumque constet, Romanos plurima ex aetate regum instituta intacta reliquisse, in promptu est cum A. Peyrono (pap. Taur. Vol. I. p. 65.) et Vargesio (de statu Aeg. p. 32.) coniicere, non solum septem nomorum divisionem iis antiquitus traditam esse sed etiam mediae et inferioris Aegypti epistrategiam. Cui quidem coniecturae etiam illud favere videtur, quod paulo ante de stratego monuimus in programmate de servis fugitivis memorato.

Suprema igitur administratio Aegypti in epistratego et stratego provinciarum posita erat, quibus inferiores sunt strategi nomorum singulorum. Epistrategum et strategum provinciae quum consentaneum sit sedem suam in maxima et nobilissima epistrategiae urbe habuisse, tum constat maiorem partem anni itineribus per provinciam faciendis consumpsisse; cuius rei haud raro mentio fit, ut in pap. Par. IV. ap. Letronn. Frag. inédit. cet. p. 29. Λόχου τοῦ συγγενοῦς ἐπιβεβληκότος εἰς Διόςπολιν τὴν μεγάλην cet. qui Lochus strategus Thebaidis fuit (Corp. inscr. Gr. Vol. III. n. 4896.) et in pap. Taur. I. p. 1. vs. 16. ἐπιβαλόντος εἰς Διόςπολιν τὴν μεγάλην τοῦ συγγενοῦς καὶ ἐπιστρατήγου. Idemque de stratego nomi statui potest, qui sede ut plurimum in metropoli nomi constituta haud raro nomum sibi demandatum perlustravit. Sic Hermias στρατηγὸς καὶ νομάρχης adiit Diospolin a. XLIX. Euergetae II. (pap. Taur. II.) et rursus a. LIII. una cum Demetrio epistratego Thebaidis pompae alicuius causa (pap. Taur. I. p 3. vs. 1.), ad quem Hermiam quum a. XLV - XLVIII. Diastheoes strategus τοῦ περὶ Θήβας scripserit ut taricheutas transferendos curaret (pap. Taur. I. p. 2. vs. 27. p. 4. vs. 24.), efficitur Hermiam illo tempore nondum strategum nomi, sed epistaten nomi fuisse, ut recte coniecit etiam A. Peyronus (pap. Taur. P. I. p. 123.). Fuit igitur Hermias a. XLIX. quo anno iovisit Diospolin magnam, στρατηγὸς καὶ νομάρχης τοῦ περὶ Θήβας, quo munere fungebatur etiam a. LIII. LIV. Ex quo simul patet eum nec Thebis habuisse sedem et ultra quinque annos munere strategi functum esse; id quod moneo propterea quod aliter factum aetate Romanorum videmus.

Munus strategi nomi in universa nomi administratione positum fuisse quum alia tum tituli ex aetate Romanorum superstites demonstrant. Sed etiam rerum militarium penes eum summam in nomo potestatem fuisse apparet ex eo, quod ei subiecti sunt, sicubi erant, φρούραρχος et ἀρχιφυλακίτης, qui absente stratego partem exercuisse iurisdictionis videntur (pap. Taur. II. III. pap. Par. III. ap. Letronn. Fragm. inéd. cet. p. 29.). Ex quo sequitur strategum supremum nomi in rebus militaribus et civilibus administrandis magistratum fuisse. In iure exercendo ei praesto erat praetor cum curia (ἐπιστάτης,) de quo statim dicetur. Libellos stratego oblatos referunt pap. Taur. I. p. 1. vs. 14. - p. 3. vs. 16. pap. Brit. XV. Vat. B. Lugd. A.

Secundus post strategum magistratus nomi est ἐπιστάτης (Corp. inscr. Gr. Vol. III. n. 4896. vs. 6.) sive ὁ ἐπὶ τοῦ νομοῦ (pap. Taur. I. p. 3. vs. 9.). Fuit is praetor iudi-

ciariis rebus praepositus habuitque concilium assessorum (συμπαρόντων), cum quibus causam iudicabat aut a stratego nomi delatam (pap. Taur. I.) aut a privato propositam (pap. Taur. VIII. XI.). Deferebat autem strategus causam si quid iudiciali tantum actione dirimendum esset aut si reos ab actore accusatos ipse convenire non facile posset. Assessores s. iudices plures septem fuerunt (pap. Taur. I.). Praeter hanc curiam in metropoli nomi institutam aliud tribunal extitit χρηματιστῶν dictum, quod fere ad totam epistrategiam pertinebat. Epistatis nomorum haud raro simul munus procuratorum redituum (τοῦ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ νομοῦ) iniunctum erat, quod olim nomarchis competisse dicitur (Diodor. Sic. I, 54.).

Post epistatas in titulo saepe memorato n. 4896. recensentur Θηβάρχαι, quorum obscura ratio est, praesertim quum nomus Thebanus suum strategum habuerit. Magnam Thebarchae auctoritatem fuisse inde coniicias, quod ex eo annus designatur in titulo Apollonopoli Magna reperto n. 4837. cuius initium est: L ιθ, Φαρμουθὶ ἐπὶ Θηβάρχου Στράτωνος. Non improbabile est Thebarcham praefectum fuisse urbis Thebarum, id quod ipsum nomen designat (cf. Letronn. Recueil cet. I. p. 342.). Indeque fortasse explicandum, quod strategus nomi Thebani non in metropoli sedem habuit (vide supra coll. pap. Taur. I. p. 1. vs. 13. ὑπόμνημα ἀναπεμφθὲν ἐφ' ἡμᾶς). Verum haud scio an ex titulo n. 4837. colligi possit iurisdictionem Thebarchae ad totam Thebaidem pertinuisse. Certius munus Arabarchae (Ἀραβάρχου), cui tractus terrarum ad mare rubrum administrandus traditus est, interdum una cum epistrategia Thebaidis, ut docet titulus Corp. inscr. Gr. Vol. III. n. 4751. aetate Romanorum positus, a quo munere aliquanto differt strategia τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης et ipsa quandoque coniuncta cum epistrategia Thebaidis (n. 4897 *b.*).

Post epistatas, quibus videmus interdum summam vectigalium nomi administrationem commissam fuisse, nominandus est ὁ βασιλικὸς γραμματεύς (n. 4896.), qui et ipse aliquando simul vectigalibus praefuit, ut apparet ex pap. Lugd. G. ap. Leemans. p. 42. τῷ ἐπὶ τῶν προσόδων καὶ βασιλικῷ γραμματεῖ. Nec multum distare eius munus a rebus ad publica vectigalia pertinentibus videtur. Nam quum nomi in κώμας et τόπους describerentur, qui toparchias effecerunt, hae rursus in certos fundos quadratos (ἀρούρας, conf. Peyron. I. p. 135.) dispescebantur Nili inundationibus crebro immutatos (Herodot. II, 109. Strab. XVII, 787.). Unde opus erat et dimensionibus crebro repetitis et confectione tabularum publicarum, quas διαγράμματα vocant (Kataster). Itaque has tabulas, in quibus fundorum mensurae possessoresque accuratissime descripta erant, confectas auctoritate scribae regii (τοῦ βασιλικοῦ γραμματέως) locorum scribae asservabant, in quos simul ille censuram quandam exercebat. Scribae hi a κώμαις et τόποις κωμογραμματεῖς et τοπογραμματεῖς vocabantur, quorum rationem A. Peyronus (ad pap. Taur. II. p. 54. conf. I. p. 111 sq.) explicavit. Videntur Peyrono κωμογραμματεῖς dignitate superiores fuisse quam τοπογραμματεῖς, non vice versa, ut voluit Letronnius (Recherch. cet p. 397 sq.). Et Peyroni sententia comprobatur locis iis, in quibus dum memorantur genera scribarum, scribis regiis (τοῖς βασιλικοῖς

γραμματεῦσι) statim subiungitur τῶν κωμογραμματέων mentio, ut in titulo n. 4956. vs. 31. (cf. pap. Brit. XXXVII.) Inversa gradatio est n. 4699. τοῖς ἐν αὐτῇ καταγινομένοις τοπογραμματεῦσι καὶ κωμογραμματεῦσι. Recte autem Ad. Schmidt (Forsch. auf dem Geb. der Gesch. I. p. 329.), qui abstinuit ab opinione, quam Varges (de statu Aeg. p. 62.) fidentius pronuntiavit statuens τοπογραμματεῖς et κωμογραμματεῖς eiusdem ordinis fuisse neque alteros alteris dignitate superiores. Nam praeter gradationem paulo ante memoratam illud luculentum rei testimonium est, quod inesse in pap. Taur. I. p. 4. vss. 5 - 7. videtur: ibi scriba regius ad Chrematistas, qui de vero fundi domino cognoscere debebant, rettulit ex iis, quae ὁ τοπογραμματεὺς τῷ κωμογραμματεῖ nuntiavit, et κωμογραμματεὺς de κώμῃ et τόποις cum ipso communicavit, fundum quendam esse Hermoni inscriptum. Iam ubi κώμη ad similitudinem urbis accreverat, quippe pluribus κώμαις et τόποις compositis, plures etiam in κώμῃ primaria esse κωμογραμματεῖς et τοπογραμματεῖς poterant; hinc explicari verba tituli n. 4699. possunt: ἔδοξε τοῖς ἀπὸ κώμης Βουσίριως — καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ καταγινομένοις τοπογραμματεῦσι καὶ κωμογραμματεῦσι. Hoc qui primus monuit Ad. Schmidt l. c. p. 329. simul animadvertit τοπογραμματεῖς interdum etiam in κώμῃ sedem habuisse. Nam quum pap. Taur. VIII. vs. 10. Πῶις in vicis Libyae (κώμαις) recenseatur, paulo post vs. 52. memoratur ὁ δεῖνα τοπογραμματεὺς Πώεως τῆς Λιβύης - - οὗπερ καὶ τὴν κατοικί[αν εἶχ]εν. Ceterum hos scribas ut plurimum homines fuisse Aegyptios produnt papyri: ut τοπογραμματεὺς est in pap. Brit. XL. Πχόρχωνσις, in pap. Taur. I. p. 4. vs. 2. Παμώνθης, in pap. Taur. VIII. vs. 52. Ἑρμεὺς Ἀρβήκιος, in pap. Zoidis I. (ap. Peyron. Pap. grecoegizi di Zoide dell' Imp. R. museo di Vienna, Tur. 1828.) Πετεαρενδώτης. Itaque scriba regius, quum cura tabularum nomi s. librorum censualium ei commissa sit, videri potest institutus esse, non tam ut fundorum regiorum iura intemerata servarentur, uti censuit A. Peyronus l. c. I. p. 112. quam ne ratio vectigalium laederetur. Etenim in administrandis fundis regiis peculiaris magistratus versatus esse videtur, ὁ οἰκονόμος γῆς βασιλικῆς n. 4861. vel ὁ οἰκονόμος τοῦ βασιλέως n. 4904., cuius etiam in fragmentis papyrorum in museo Berolinensi asservatorum mentio fit (vide Letronn. ap. Passalacqua Catal. des antiq. p. 276. 277. 278.) Ceterum scribae regii munus ad fundos pertinere etiam ex pap. Lugd. G. apparet, ubi rogatur ut mandatum epistolographi de domo privati ab iniuriis tuenda scribae regio commendetur et inscribatur.

Sed quoniam ad particulas nomorum delati sumus, de reliqua earum administratione dicendum videtur. Quae perdifficilis quaestio est. Ut paucis defungar, videtur toparchia qualis ex nomo Pathyritico memoratur in pap. Lugd. N. fere pluribus τόποις composita fuisse ab administratione τῶν κωμῶν diremptis, quorum administratio toparchae comissa fuerit, quem magistratum δήμαρχον vocare Herodotus III, 6. videtur. Quamquam vel singuli τόποι interdum suos toparchas habuerunt (Ἑρμίας τοπάρχης Ἀριανσαίτιος n. 4976.), quemadmodum etiam oppidis praefecti impositi sunt, ut ὁ ἐπὶ τῆς Βουβαστοῦ καθισταμένος Polyb. XV, 27. (cf. Corp. inscr. Gr. Vol. II. n.

2617. 2621.) qui quidem aetate Romanorum *ἐπιμεληταὶ* vocantur (n. 4684. 4684. *b.* cf. Vol. II. n. 2047.). Unde simul sequitur oppida Aegyptia propria suarum rerum administratione caruisse (cf. Rudorff. Mus. Rhen. II. I. 1828. p. 77.). Sed *κῶμαι* in similitudinem nomi administratae videntur, praeposito hypostratego, qui gravatum munus strategi sublevaret; quam in rem disertus est pap. Lugd A. Fuit in nomo Memphitico *κώμη Ταχενεφρῆ* dicta. Hac in *κώμῃ* a. VI., ut videtur, Philometoris epistata fuit Isidorus quidam, qui cum assessoribus iurisdictionem vici exercebat non dissimilem epistatis nomorum. Is igitur qnum causam dixisset pagano cuidam, ab huius muliere iniuriarum petitus, ad strategum nomi Memphitici libellum dedit hunc:

*Κρατέρῳ τῶν πρώτων φίλων καὶ | στρατηγῷ· | παρ' Ἰσιδώρου ἐπιστάτου κώμης | Ταχενεφρῆ τοῦ Μεμφίτου· τοῦ ς̄ L | Φαωφὶ ζ̄ Ἑρμίας Δαγουζιτος τῶν | ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπέδωκέν μοι ὑπό|μν[η]μα κατὰ Χενεφνιβιος τοῦ | Ἐριέως καὶ τῆς τούτου γυναικὸς | Μαρ[μ]ώτιος τῆς Πάσιτος ὑπὲρ τοῦ | ὀφεί[λ]οντας αὐτῷ κατὰ συγγραφὴν | ἔξμάρτυρον πυροῦ ἀρτάβας ς̄ μὴ ἀπο|διδόναι ταύτας καὶ τὴν τούτων | ἡμι[ο]λίαν· καὶ ἠξίου προσκλη'θ[έ]ν[τ]α[ς α]ὐτοὺς [ἀ]ποδοθῆναι αὐτῷ | [τὸν πυ]ρὸν σὺν τῇ ἡμι[ολίᾳ.] | ἐ[γὼ δὲ ἐν τ]ῇ π̄ τοῦ αὐτ[οῦ μη]νὸς | [προσεκ]αλεσάμην τὸν Χενέφνιβιν, | [καὶ ἐπ]εὶ ἐπ' [ἀπο]λογισ[μὸν ἐτρέπ]ετο, | [παρέ]δωκα αὐ[τὸν Περίτᾳ τῷ παρ' ἐμοῦ | χρηματίσαι.] οὗτος δὲ Πτο[λεμαίου] | κ[αὶ τῶν ἄλλ]ων [παρόντων ἤλεγξε] μ[ετὰ] | Ἑρμ[ί]ου καὶ ἔτι τ[ο]ῦ πρεσβυτέ[ρου] | τῶ[ν] ἐκ τῆς κώμης μέχρι τοῦ τὰ | δί[και]α αὐτὸν ποῆσαι. νυνὶ δὲ | προσπεπτωκότος μοι τὴν | Μάρμωτιν ἐμὲ ἐνκεκλημα|τογραφηκέναι ὡς ἐφυβρικότος | [ἐμο]ῦ, τοῦ τοι[ο]ύτου μὴ γ[ε]γονότος, | [ἀξιῶ σε προς]τάξαι δοῦ[ναί μο]ι ἔν|γραπτ[ο]ν πίστιν ὅ[πως καθιστά]μενος ἀπολογίσωμαι ὑπὲρ [τ]ῶ[ν κα]τ' ἐ|[μ]αυτὸν καὶ ὑπὸ μηδενὸς περισπασθῶ· | γράψαι δὲ καὶ Ἀμμωνίῳ τῷ ὑπο|[στρα]τήγῳ, παρ' οὗ εἰμι, καταστῆσαι ἐπί σε τ[όν] τε | Περίταν καὶ τὸν Πτολεμαῖον καὶ | τὸν Ἑρμίαν κα[ὶ] τὸν πρεσβύτερον τῆς | κώμης προσμαρτυρηθῆναί | σοι ὑπὲρ τῶν [κ]ατ' ἐμέ. τούτου δὲ γενο|μένου ἔσομαι τετευχὼς τῆς παρά σου | [ἀντιλη]ψεως. L ς̄ Ἀθὺρ λ̄. Εὐτύχει.*

Habes expressam maioris nomorum administrationis imaginem. Habes *ὑποστράτηγον* in rebus ad *κώμης* administrationem pertinentibus occupatum, eique adiunctum *ἐπιστάτην*, qui ius dicit ut epistata nomi, utrumque potestati strategi nomi subiectum. Iurisdictionem hypostrategi et epistatae eius exiguam certisque finibus circumscriptam fuisse et consentaneum est et colligi ex hac epistola potest. Etiam epistatis vicorum assessores plures affuisse videntur, in quibus nunc sunt Peritas et Ptolemaeus. Omnes hi natione Graeci sunt. Quamquam non refragabor si quis etiam homines Aegyptios in hoc gradu administrationis versatos esse contendat. Quodsi Timoxenus, qui epistolam scripsit pap. musei Berolinensis (Letronn. ap. Passalacqua Catal. des antiq. cet. p. 266.), strategus nomi fuit, conieceris cum Letronnio *Πετόνουριν τὸν δευτερεύοντα* ibi memoratum hypostrategum fuisse. Qua coniectura admissa fieri non potest quin concedas hypostrategum illum fuisse hominem Aegyptium.

---

De stipendiis militum eorum, qui *ἐπίγονοι* vocantur, locus insignis est in pap. Brit. II. qui papyrus quum plurima contineat ad administrationem rerum memorabilia, visum est totum hoc loco exponere.

Ptolemaeus Glauciae filius Macedo, qui in Sarapieo prope Memphin ut *κάτοχος* versabatur, petit a rege Ptolemaeo Philometore a. XXIV. ut frater Apollonius militibus epigonis Memphide agentibus adscribatur, verbis his (vs. 1 - 30.):

*Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ καὶ βασιλίσ[σ]ῃ Κλεοπάτρᾳ τῇ ἀδελφῇ | θεοῖς Φιλομήτορσι χαίρειν. | Πτολεμαῖος Γλαυκίου Μακεδὼν τῆς ἐπιγονῆς τῶν ἐκ τοῦ Ἡρακλεοπολίτου, | τοῦ προ[ε]ιρημένου μου πατρὸς Γλαυκίου ὄντος μὲν τῶν ἐν τῷ Ἡρακλεο|πολίτῃ συγγενῶν κατοίκων, τούτου δὲ μεταλλάξαντος τὸν βίον | ἐν τοῖς τῆς ταραχῆ[ς] χρόνοις καὶ ἀπολελοιπότος ἐμέ τε καὶ Ἀπολλώνιον | τόν νε[ώ]τερόν μου ἀδελφόν, συνβάντος δὲ γεγονέναι με ἐν κατοχῇ | ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ Σαραπιείῳ ἔτη ιε, προσδεομένου | δέ μου τοῦ περιποιῆσαι τῷ σημαινομένῳ ἀδελφῷ στρατ[ε]ίαν | διὰ τὸ ἄτεκνόν με εἶναι, δἰ ἧς καὶ αὐτός τε ἐν κατοχῇ ὢν ἔξω τε | αὐτοῦ διευσχημονεῖν καὶ βοήθειαν ἔχειν, δέ[ο]μαι ὑμῶν, | τῶν μεγίστων θεῶν Φιλομητόρων, ἐμβλεύσαντας (scr. ἐμβλέψαντας) | εἰς τὰ προγεγραμμένα ἔτη, καθότι οὐθαμόθεν ἔχω τὰ ἐπιτήδ[εια] | πλὴν τοῦ τὴν ἐφ᾽ ὑμᾶς καταφυγήν, τοὺς θεοὺς μεγίστους | καὶ ἀντιλήμπτορας, ποιησάμενον τυχεῖν με τῆς δηλουμένης | εἰς τὸν ἀδελφὸν στρατείας, ἐὰν φαίνηται, μερίσαι κἀμοὶ ἧς ἔχετε | πρὸς πάντας τοὺς τοιούτους θεοσεβοῦς ἀντιλήμψεως, | γραφῆν[α]ι ᾧ καθήκει, προςλαβέσθαι τὸν προωνομασμένον μου | ἀδελφὸν | Ἀπολλώνιον εἰς τὴν Δεξιλάου σημέαν (scr. σημαίαν), | ἣ τὸ τεταγμένον ἔχει ἐν Μέμφει, καὶ | ἐκθεῖναι αὐτῷ ὅσον καὶ αὐτοὶ | λαμβάνουσιν, μετρήματα καὶ ὀψ[ώ]νια, ὅπως διευσχημονῶν δύνωμαι | ἐπιτελεῖν τὰς θυσίας ὑπέρ τε ὑμῶν | καὶ τῶν τέκνων, ὅπως κυριεύητε | πάσης χώρας, ἧς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, τὸν | ἅπαντα χρόνον. τούτου δὲ γενομένου | ἔσομαι διὰ ὑμᾶς ἐσχηκὼς τὸν βίον | τὸν αἰέναον χρόνον. | εὐτυχεῖτε.*

Libellum hunc (*ἔντευξιν*) frater Apollonius regi offert mensis Thoth die II. ut ipse testatur in fronte scriptis verbis his:

*∟ κδ Θωῦθ β ἐπέδ[ω]κα τὴν ἔντευξιν τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίσ[σ]ῃ.*

Igitur rex libello subscribit: *ποιῆσαι. ἀνενε[ν]κεῖν δὲ πόσον ἔσται* (vs. 31.). Iam regis, opinor, administer scribis iniungit relationem annotans: *ταῖς γραμματεῦσιν. ἐπισκεψάμενον ἀνενεγκεῖν* (vss. 88. 89.). Libellus ita instructus offertur collegio scribarum, quibus praeest Demetrius *ὁ γραμματεὺς τῶν δυνάμεων*, deinde Aristoni, tum Dioscuridi *γραμματεῖ ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ* et Chaeremoni, postremo Apollodoro, qui mensis Choeac die XXVI. regi proponit scribarum relationem. Haec rudi oratione ita narrat Apollonius (vss. 102 - 111):

*∟ κδ Θωῦθ ἀπέδωκα τ[ῷ] βασιλεῖ | καὶ τῇ βασιλίσσῃ ἔντευξιν καὶ ἐκο|μισάμην παρ᾽ α[ὐ]τοῦ καὶ ἀπέδωκα | Δημητρίῳ ἐσφραγ[ι]σμένην καὶ | παρὰ τοῦ Δημητρίου ἐκομισάμην, | παρὰ τοῦ τ᾽ Ἀρίστωνος, καὶ μ[ε]τήνε[γ]κα | εἰς τὸ ᾽γλογιστήριον Διοσκουρίδῃ τῷ γραμ[μα]|τεῖ καὶ Διοσκουρίδ[ῃ], Χαιρήμ[ο]νι καὶ | Χαιρήμ[ο]νι Ἀπολλοδώρῳ, καὶ εἰς|δοσιν ποιεῖ εἰς [τὴν αὐ]λὴν τῇ κς.*

Relatio antem scribarum regi proposita haec est (vss. 57 - 74.):

> Δόντος ἔντευξιν τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίσ[σ]ῃ | Πτολεμαίο[υ] Γλαυκίου Μακεδόνες, δι' ἧς ἔγραφε[ν] | εἶναι ἐν κατοχῇ ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ | Σαραπιείῳ L ιε καὶ ἠξίου 'Απολλώνιον | τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ προς[λα]βέσθαι εἰς τὴν | Δεξιλάου σημέαν καὶ ἐκθεῖναι αὐτῷ ὅσον | καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσ[ι]ν, καὶ ἐντεύξεως ἐχού|σης χρηματισμόν· ποιῆσαι. ἀνενενκεῖν δὲ | πόσον ἔσται· εἰσεδόθη L κδ Χοιὰχ κς, | τοὺς ἐν τῇ Μέμφει ἐπιγόνους προσει[ληφένα]ι | ἐπὶ < ρν καὶ πυρῶν ↳ γ, ἀφ' ὧν τίθεσθαι | πυρῶν ↳ α, τοῦ δὲ λοιποῦ τῆς ἀρτάβης < ρ | ἐπιγραφ[ῆ] Δεξιλάου καὶ Θέ[ω]νος. προστετάχθαι | δὲ οἷς ἂν γίνηται καὶ τὸ σιτ[ώ]νιον ἐκ < ρ, ἐκθεῖναι | ταύτας μεθ' ἐνιαυτόν· προσανενεχθ[αι] | δὲ διότι, [ἕω]ς ἂν προσταχθείη, τίθεσ[θ]α[ι] αὐτῷ | πυρῶν ↳ α, τοῦ δὲ λοιποῦ | τῆς ἀρτάβης ἐκ < ρ.

Post haec fit decretum (τὸ πρὸς τὴν εἴςδοσιν πρόσταγμα L κδ Τυβὶ θ. ἔσω γέγραπτα[ι]· ποιεῖν [ἃ ἠξ]ίου vss. 32. 33. cf. vss. 77. 78. 79.) mensis Tybi die IX. in quo scriptum a rege: ποιεῖν [ἃ ἠξ]ίου. Itaque administer regis ad Demetrium τὸν γραμματέα τῶν δυνάμεων et Dioscuridem τὸν γραμματέα ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ litteras dat; ad Demetrium has (vss. 39 - 46.):

> Δημητρίῳ. | 'Απολλώνιον Μακεδ[ό]να προςλαβέσθαι | εἰς τὴν Δεξιλάου σημέαν τὴν τεταγμέ(νην) ἐμ Μέμφει καὶ ἐκθεῖναι αὐτῷ ὡς καθή|κει, ὅσα καὶ οἱ ἄλλοι λαμβάνουσιν, < ρν | καὶ πυρῶν ↳ γ, ἀφ' ὧν πυρῶν | ↳ α καί τὴν τιμὴν ἐκ < ρ. | L κδ Τυβὶ [ι].

ad Dioscuridem autem has (vss. 33 - 38. cf vss. 80 - 87.):

> γραφῆναι Σωστράτῳ γραμματεῖ κατακολουθεῖν | τοῖς προστεταγμένοις, ἐπιγράψαι δὲ αὐτῷ | τὴν χώραν καί σοι διασαφῆσαι, ὅπως | καὶ διὰ τῶν συμβόλων ἐγλογίζηται | αὐτῷ ἀκολούθως.

Utramque epistolam significat Apollonius vss. 112 - 114. καὶ ἐκομισάμην τὰ πρὸς τὴν [ε]ἴςδοσιν προστάγματα δύο, α Δημητρίῳ καὶ α Διοσκου[ρίδῃ]. Et Demetrius quidem litteras ad se datas cum hac nota: τοῖς γραμ[μ]ατεῦσιν. κατακολουθ[ε]ῖν. ἔτους κδ Τυβὶ ιβ. ἀναγραφὴ ιβ (vss. 47. 48.) suis scribis transmittit; Dioscurides autem litteras a se datas ad Sostratum, scribam opinor τῶν ἐν Μέμφει δυνάμεων, ita compositas (vss. 54 - 87.):

> Σωστράτῳ τῆς παρὰ τῶν γραμματέων | ἀναφορᾶς τἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν, | ὅπως ποιῇς κατ' αὐτὰ παρὰ τῶν γραμματέων. | Δόντος ἔντευξιν τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίσ[σ]ῃ | Πτολεμαίο[υ] Γλαυκίου Μακεδόνος, δι' ἧς ἔγραφε[ν] | εἶναι ἐν κατοχῇ ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ | Σαραπιείῳ L ιε καὶ ἠξίου 'Απολλώνιον | τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ προς[λα]βέσθαι εἰς τὴν | Δεξιλάου σημέαν καὶ ἐκθεῖναι αὐτῷ ὅσον | καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσ[ι]ν, καὶ ἐντεύξεως ἐχού|σης χρηματισμόν· ποιῆσαι· ἀνενενκεῖν δὲ | πόσον ἔσται· εἰσεδόθη L κδ Χοιὰχ κς, | τοὺς ἐν τῇ Μέμφει ἐπιγόνους προσει[ληφένα]ι | ἐπὶ < ρν καὶ πυρῶν ↳ γ, ἀφ' ὧν τίθεσθαι | πυρῶν ↳ α, τοῦ δὲ λοιποῦ τῆς ἀρτάβης < ρ | ἐπιγραφ[ῆ] Δεξιλάου καὶ Θέ[ω]νος· προστετάχθαι | δὲ οἷς ἂν γίνηται καὶ τὸ σιτ[ώ]νιον ἐκ < ρ, ἐκθεῖναι | ταύτας μεθ' ἐνιαυτόν· προσανενεχθ[αι] | δὲ διότι, [ἕω]ς ἂν προσταχθείη, τίθεσ[θ]α[ι] αὐτῷ | πυρῶν ↳ α, τοῦ δὲ λοιποῦ | τῆς ἀρτάβης ἐκ < ρ. | καὶ ἄλλα ἔσται, καθότι | προστετ[άγ]μην. [ὑ]πέχθη δὲ | τὸ πρὸς [τὴν] εἴςδοσιν πρόσ|ταγμα L κδ, Τυβὶ θ. | ἔσω γέγραπτα[ι]· ποιεῖν [ἃ] ἠ[ξ]ίου. | γραφῆναι Σωστράτῳ | γραμματεῖ κατακολουθ[ε]ῖν | τοῖς προστεταγμένοις, | ἐπιγράψαι δὲ αὐτῷ | χώραν

καί σοι διασαφῆσαι, ὅπως καὶ διὰ τῶν συμβόλων | ἐγλογίζηται αὐτῷ | ἀκολούθως.

mandat Demetrio τῷ γραμματεῖ τῶν δυνάμεων, qui transmittit ad Sostratum simulque exemplar litterarum ad Dioscuridem τὸν διοικητὴν transferri iubet scripta epistola (vss. 49 - 52.): Δημήτριος Διοσκου[ρί]δ[ῃ] χαίρειν. τῆς πρὸς Σώστρατον γραμματέα γεγραμ[μ]ένης ἐπιστολῆς τἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν, ὅπως παρακολουθῇς. ἔρρωσο. L κδ Τυβὶ ιδ, quam epistolam significat Apollonius vss. 94. 95. 220. ubi discimus praeterea per utrumque, Demetrium et Dioscuridem, non solum strategum nomi Memphitici de Apollonio in militiam recepto certiorem factum esse sed etiam alios magistratus. Dicit enim Apollonius vss. 90 - 101.:

τὰς παρὰ τοῦ Δημητρίου τοῦ ἀρχισωματοφύλακος | καὶ γραμματέ[ως] τῶν δυνάμεων ἐπιστολὰς | δ, μίαν τῷ Ποσιδωνίῳ τῷ στρατηγῷ καὶ α | Ἀμμωνίῳ τῷ ἀρχυπ[η]ρέτῃ καὶ μίαν | τῷ Καλλιστράτῳ γραμματεῖ καὶ μίαν | Διοσκου[ρί]δ[ῃ] τῷ διοικη[τ]ῇ, | ἀπέδωκα αὐτοῖς [τοῦ] Τυβὶ ιθ L κδ. Παρὰ τοῦ Διοσκου[ρί]δου τοῦ διοικητοῦ ἐπιστολὰς | δύο, μίαν Δωρίωνι τῷ ἐπιμελ[η]τῇ | καὶ μίαν τῷ στρατηγῷ Ποσιδωνίῳ, | ἀπέδωκα αὐτοῖς τοῦ κδ L Τυβὶ κε.

repetitque partem priorem paulo post (vss. 114 - 120.):

καὶ παρὰ Δημητρίου | τοῦ ἀρχισωματοφυ[λακ]ος καὶ γραμματέ[ως] τῶ[ν] | δυνάμεων ἐκομισάμην ἐπι[σ]τολὰς δ, | [μ]ίαν Ποσιδωνίῳ στρατηγῷ καὶ α | Ἀμμωνίῳ τῷ αρχ[υ]π[η]ρέτῃ καὶ α | Καλλιστράτῳ τῷ γραμματεῖ καὶ α | [Δι]οσκου[ρί]δ[ῃ] τῶν φίλων καὶ διοικητῇ.

quibus deinceps addit haec (vss. 121 - 140.):

[ἀπ]εδόθη τὸ πρόσταγμα καὶ τὴν ἐπιστολὴν (scr. ἡ ἐπιστολὴ) ἐδόθη εἰς ἀνάγνωσιν τῷ διοικητῇ, καὶ ἐκομισάμην τὸ πρόσταγμα | Πτολεμαίῳ τ[ῷ] ὑπομνηματο[γρά]φ[ῳ] καὶ | τὴν ἐπιστολὴν ἐκομισάμην Ἐπιμέν[ε]ι | καὶ μετήνεγκα πρὸς Ἰσίδωρ[ο]ν τὸν αὐτ[ο]|τελῆ, καὶ παρ' αὐτοῦ μετήνε[γ]κα Φιλοξένῳ καὶ παρ' αὐτοῦ μετήνε[γ]κα Ἀρτέμωνι | καὶ παρ' αὐτοῦ Λύκῳ καὶ τύπον ποιεῖ, | καὶ μετήνε[γ]κα εἰς τὸ ἐπιλογι[στή]ριον | τῷ Σαραπίωνι, παρ' αὐτοῦ Εὐβίῳ | καὶ παρ' αὐτοῦ Δωρ[ί]ωνι καὶ τύπον ποιεῖ, | καὶ πάλιν Σαραπίωνι καὶ Εὐβίῳ καὶ | γραφεῖ Νικάνορι· | καὶ εἰσεδόθη εἰς ἀνάγνωσιν τῷ διοικητ[ῇ], | καὶ ἐκομισάμην Ἐπιμέν[ε]ι καὶ μετήνεγκα | Σαραπίωνι καὶ γραφεῖ Νικάνορι· | καὶ ἔγ[ρα]ψε δύο ἐπιστολάς, μίαν Δωρίωνι | τῷ ἐπιμελητῇ καὶ μίαν τῷ Ποσιδωνίῳ | τῷ στρατηγῷ τοῦ Μεμφείτου.

ex quibus apparet decretum ab aliis ad alios magistratus transferendum fuisse, qui in tabulas inscriberent. Summa rerum hac in causa penes Demetrium τὸν γραμματέα τῶν δυνάμεων est, secundas partes agit Dioscurides ὁ διοικητής. Itaque Demetrius decretum una cum epistola accipit, mox litteras dat ad Posidonium strategum nomi Memphitici, ad Ammonium ἀρχυπηρέτην, ad Callistratum γραμματέα, ad Dioscuridem τὸν διοικητήν. Dioscurides ὁ διοικητὴς tum demum redditum Apollonio decretum litterasque ad Dioscuridem τὸν γραμματέα ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ datas inspicit (vss. 121. 122.) instruitque Dorionem τὸν ἐπιμελητὴν et Posidonium strategum (vss. 98. 99. 100.). In his magistratibus ἀρχυπηρέτης videtur quaestor militaris fuisse, superior ille τοῖς ὑπηρέταις τῶν ταγμάτων, quos militibus stipendia solvisse refert Iosephus Ant. Iud. XII, 2, 3. Callistratus ex scribis militaribus copiarum Memphide agentium fuisse videtur; denique

Dorion ἐπιμελητὴς videudum ne curator militaris fuerit Memphide constitutus. Omnino de singulis rebus huius papyri plura cooiici possunt qoam affirmari, quum oon omnibus hominibus Apollonius dignitatem apposuerit. Sic Aristo, Chaeremon, Apollodorus (vss. 107. 109. 110.) qui fuerint, non apparet. In extremis prorsus caecutimus. Decretum quidem translatum videmus ad Ptolemaeum τὸν ὑπομνηματογράφον. Epistola autem ad Dioscuridem τὸν γραμματέα ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ data posteaquam a Dioscuride τῷ διοικητῇ inspecta est, multis magistratibus plus semel repraesentatur, in quibos qui ter inspexit Sarapio, si notus ille ὑποδιοικητὴς est in provincia constitutus, eum ἐπιλογιστήριον haboisse ex hoc loco comperimus. Postremo cognita a novem magistratibus rursus ad legendum proponitur Dioscuridi τῷ διοικητῇ tribusque aliis iam antea memoratis, quorum ultimus Nicanor γραφεὺς duas scripsisse de ea re epistolas dicitur, alteram ad Dorionem τὸν ἐπιμελητήν, alteram ad strategum oomi Memphitici Posidonium.

Sed ut redeamus unde declinavit oratio, verba papyri vss. 66 - 74. et vss. 43 - 45. docent, quae stipendia militibos iis, qui ἐπίγονοι vocabaotur, solvi solita sint pacata et quieta Aegypto. Haec stipendia sunt CL drachmae χαλκοῦ per mensem et III artabae tritici, ita composita, ot vulgo una tantum artaba tritici reddatur, pro reliquo frumento solvantur centenae drachmae χαλκοῦ in artabam. Fuerunt igitur stipendia per mensem praebita una artaba tritici et trecenae quinquagenae drachmae χαλκοῦ. Artabam ouoc dixeris veterem istam esse, quae dodrantem medimni Attici continebat (Boeckh. Disquis. metrol. p. 242.). Quodsi coniectura fieri potest ex loco quodam papyri Brit. XIV., ex quo hierodulis Memphide praeberi per meosem solitae sunt octo artabae ὀλυρῶν, unde octo panes quotidie habuerunt, ot in artabam triginta paoes numerarentur, patet ex artaba tritici triginta paoes confectos esse victum hominis per mensem susteotaotes. Fuerunt tamen milites, quibus praeterea σιτώνιον c drachmarum solvebatur. Certe ex verbis papyri nostri: προστετάχθαι δὲ οἷς ἂν γίνηται καὶ τὸ σιτώνιον ἐκ < ρ̄, ἐκδεῖναι μεθ' ἐνιαυτόν, videtur apparere fuisse decretom, ex quo iis, quibus etiam pro victu c drachmae conceduntur, haec summa anno elapso post susceptam militiam solveretur. Iam pretium vulgare tritici certe his io stipendiis centenis drachmis χαλκοῦ aestimatur. Itaque in militem τῶν ἐπιγόνων per mensem CCCCL drachmae χαλκοῦ cedebant. Sed videamus, somma CCCL drachmarum χαλκοῦ quantum valeat. Si ad valorem argenti et aeris 1 : 60 redegeris ex calculis Letronnii, trecentae quinquaginta drachmae aeris efficiuot $5\frac{5}{6}$ drachmas argeoteas. Quae summa exacta ad taleotum Ptolemaicum dimidiatum, ex quo drachma quinque obolis Atticis aequalis computatur, est certe probabilior, quam qualem praestant Bernardini Peyrooi rationes, ex quibus CCCL drachmae aeris ne tres quidem drachmas argenti aequant: quibus positis haud scio an nimis ridicula evadat spes Ptolemaei, qui fratre Apollonio in catalogum inscripto optat, ut ex eius stipendiis sibi quoque emolumenta redundent.

Haec pauca nunc dicata volo Letronnio, viro de cognoscendis rebus Aegypti Macedonum et Romanorum imperio subiectae optime merito. Quem quum videam in iis, quae nuper de geographia Asiae minoris docte, ut solet, exposuit (Diar. erudit. Iul. Sept. Oct. 1845.), parum iusta pronunciasse de editore Corp. inscr. Gr. Vol. III. Fasc. 1., operae pretium esse duxi id hoc loco tribus verbis perstringere. Dixit enim vir egregius me fasciculum illum composuisse „d'après les matériaux élaborés par M. Böckh", quod ex parte falsum esse vel Boeckhii Praefatio ad Vol. II. docere poterat. Quippe materia a Boeckhio mihi tradita schedae sunt, quibus continentur inscriptiones ab eo tum collectae, quum opus inchoabat. In quibus schedis si qua appicta Boeckhii correctio est in ordinem verborum recipienda, significari a me solet religiosissime, ut factum est ad n. 3915. 3936. 3945. 3950. 4000. 4070. 4169. 4321*b*. 4335. 4342. 4342*b*. 4367*k*. 4621. Itaque non opus est ut pluribus refutem Letronnium paulo post ad titulum n. 3884. de quo fuit quum aliter statuebam, dicentem: „et Mr. Böckh, qui a reproduit récemment l'inscription, s'est rangé de notre avis; car retranchant la ligne qu'on avait ajoutée, il dit: Fieri tamen potuit ut Eumenenses cognomento Σεβαστηνοὶ aucti certe in sua urbe aliquando sese ferrent Σεβαστηνοὺς pro Εὐμενεῖς Σεβαστηνούς. C'est en effet, ce que nous avions pensé". Neque enim Boeckhius est qui repetiit titulum, et quae verba citavit Letronnius, mea sunt. De reliquis, quae ibi disputantur, alius dicendi locus erit.